

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois
Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois
Iulianu Logoi Deka**

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Ad Cæsares

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1694

Ibid. C. lin. 2. 3. Ἀλλ' Ἐπίτηδον των) Fuit eo nomine insignis quidam Ari-anæ sectæ fautor Episcopus, qui ut Constantio gratificaretur magna in Catholicos sævitia grassatus est: de quo Athanasius ad Solit. Sed is Centumcellensis Episco-pus in Thuscia fuit, non in Gallia. Forte Κενταύριον, pro τῶν Γαλλιῶν scripsit Julianus. At Ammianus, qui hæc ad Julianum mandata perferret, Leonem Quæ-storem in Gallias missum refert.

AD FRAGMENTVM EPISTOLAE.

HÆc illa lacinia est, quæ epistolæ ad Themistium intexta erat, vt ad illam monuimus: quam ideo separatam edidimus. Est autem epistolæ pars, quam ad Pontificem aliquem scripsit, vt in ea, qualem se domi forisque præstare eius ordinis homines deberent, exemplar statueret. Ac multa sunt in hoc Fragmento, quæ ad Christianorum imitationem a suis obsecuari voluit. Quan-quam aduersus sanctos Prophetas, & Christianos ipsos, quædam impie stolide-que iaciatur.

Pag. 295. B. lin. 2. καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον) Huius meminit in Cæsa-ribus. Vide Suidam.

Pag. 297. C. lin. 6. Φεῦ τῷ Διδυμαῖ) Apollinis Didymæi: de quo Stra-bo, Plinius, Lucianus de Astrologia.

Pag. 301. B. lin. 9. 10. Καθάπερ γὰρ ὁδὲ ὁδός) De hoc ritu insignis est A-thenæ locis in fine sexti; vbi de antiquæ frugalitatis ac parsimoniae vestigiis, quæ in sacris adhuc retinebantur: 'Οδός τε γὰρ πορεύομεθα τελαγμένας καὶ ωε-σμένας, καὶ τελαγμένα φέρομεν καὶ λέγομεν ἐν ταῖς ἔυχαις, καὶ δρῶμεν ἐν τοῖς ιερογρυλαις, ἀφελῆ τε τάῦτα καὶ λιπά. καὶ ὁδὲν πλέον τῶν πατῶν φύσιν ὅτε ήμ-Φιεσμένοι, καὶ τὰ σώματα ἔχοντες ὅτε ἀπαρχόμενοι ἐσθῆτας τε ἔχομεν καὶ ϕοδόστεις ἔπειλεῖς. πλάγια τε ταῖς πεφαλαῖς πεινάμεθα περβατίων δερ-μάτων δασεῖς. περάμεσθε καὶ χαλιᾶ τὰ διαπονήματα πομπόμεν.

AD CAE S A R E S.

QVIDAM hunc librum eum esse suspicati sunt, qui & Κρόνια dictus sit: quios refellit Suidas; qui non solum distinguunt, sed etiam e Cronis de Empe-dotimo locum affert, qui in Cæsaribus minime repertitur. Codex Hen-rici Stephani, qui in Londonensi bibliotheca seruat, in Catalogo librorum eius recenset Συμπόσιον, η Κρόνια. neque porto Cæsarum meminit.

Pag. 306. A. lin. 5. τὸ μὴ παλαιγέλασα φράσα) Huius loci sententia, quum non adeo retrusa sit, minimè ab Interpretibus expressa est. Est autem eiusmodi: Quum Saturnalia sint, & hoc ipso tempore ridendi ac dicta iaciendi licentia tribuatur: tamen quod faceti nihil ac iocosi nouerim, res esse cura digna videtur, nihil ut ridiculum ac frigidum in iocando mibi excidat. γέλοιον hic pro ioco suo sumitur: at παλαιγέλασον pro frigido & inepto: quod Græci ψυχρὸν vocant: in quod incurunt proprie, qui αφυάς & inepte iocantur. Cicero in Oratore ad

Brutum de iocis scribens: *Vitabit etiam quæstā, nec ex tempore facta, sed domo alata, quæ plerumque sunt frigida.*

Ibid. B. lin. 2. ἀλλ' ἐμοὶ δὲ τάχη) Quod alioqui vñsuuenit, vt ludi ac ioci & cura ac solicitudine sint alieni; id in me secus accidit. Quum enim natura non sim factus ad iocandum, adhibenda mihi cura est, id vt non inepte faciam.

Ibid. D. lin. vlt. ἀλλ' εἴτε πλάσμα) Leg. ἀλλ' εἴτε πλάσμα λέγεται Εργα. πεπ. γ. ε. σ. Φρόσω. εἴτε αληθες, &c. Perspicua sententia. Aut enim πλάσμα est, aut vera, aut ex vtroque facta narratio.

Pag. 319. C. lin. 9. ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἰπεν) Vide Themistium Oratione V. pag. 137.

Pag. 311. A. lin. 6. παίζειν νέλευε) Non quia amor & delitiæ generis humani dictus sit; id enim alienius est; sed quod in luxum ac libidinem pronior aliquando sit visus: atque in primis Berenice adamari. Vide Sueton. cap. 7.

Ibid. A. lin. 9. οὐλοιῶν δῆστον) Male Interpres: qui & seipsum in Notis suis castigauit.

Ibid. B. lin. 7. τεῖς πέντε νέματες) Ergo XV annos imperauit Domitianus, non XIV. Quod in libro II. cap. 19. de Doctrina Temporum adstruximus.

Ibid. D. lin. vlt. & τὰς εἰς Ἀφεδίτην) Oblique capella noster Antoninum Pium libidinis arguit: quod in eum non cadit, quem constat frugi & laudatum Imperatorem fuisse. Avaritiae quidem ac sordium, et si non merito, ex eo tamen insimulare videtur, quod priuatam in imperio seueritatem victus ac parsimoniam expresserit. Capitolinus.

Pag. 312. A. lin. 6. Βῆξ καὶ Λεηνίς) Prior est Marcus; posterior Lucius Verus, qui cum Marco imperauit, eiusque gener fuit.

Ibid. B. lin. 4. 5. σπερδαῖον ηδεσήν) Pompeianum Marci generum.

Pag. 314. A. lin. 2. Ἡλιός τε ὁ ἐμός δεαπότης) Vicem Aureliano rependit. Hic enim Templum Solis magnificentum Romæ condidit, & opulentis donariis ornauit. Aurelius Victor, Zosimus, & alii.

Ibid. A. lin. II. 12. ἐν γέδε ὄλοις ἐνιαυτοῖς) Vide lib. II. de Doctrina Temporum cap. 27.

Pag. 315. B. lin. 9. 10. Δεινῶς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανόν) De Herculio, an Armentario loquitur? De priore crediderim: quem ardente libidine fuisse scribit Aurelius Victor: reliqua vitia, quæ Julianus hic memorat, non defuisse, satis historia testatur.

Ibid. D. lin. 2. Τῷ μὲν γνῷ δύω) Maxentium & Maximinum interpretor.

Pag. 316. B. lin. 2. τὶ γὰρ γέχει κοινῇ) O' νῦς: Cur enim Alexandrum excludemus? Nonne promiscue, ac sine generis discriminē, periculum virorum fortium instituturi præstantiorem querimus? Ea notio est verbi δεόμεθα, vel alterius τιθέμεθα, quod in hac syntaxis non absurdum, neque peregrinum.

Pag. 318. D. lin. 5. Ἀρχει μὲν αἰγῶν) Hos versus recte in Scholiis ordinavit Cantoclarus. Vide Lucianum in fine Demonactis.

Pag. 320. D. lin. II. Γερμανικὸν ἀντετο) Ibi claudenda sententia. De Gallicis victoriis egerat, & de Rheno bis trajecto mentionem iniecerat: quod est, inquit, Germanicum illud meum facinus. Tum antithesis pars altera. Alexander dro

AD IVLIANI MISOPOGONEM.

105

dro isti nemo in Getica expeditione se opposuit, adeoque impune grassatus est; mihi vero Ariouistus restitit.

Pag. 321. A. lin. 9. πλέον ἡ τελανοτίας) Vide Plutarchum.

Ibid. D. lin. 1. Ὄτι ἐν τῷ τῶν πρωτείων) Cor. ἔτι: ac mox, καὶ ἐκ αὐτόθεν: ut cum δευτέραις & stomacho proferantur ista. Etiamne de principatu mecum certare perges; neque in presentia cedes? &c.

Pag. 323. B. lin. 1. μηρὰ νοιάστας τὸν τοῖχον) Prætermisit Interpres. Verte, quum paululum tectorii parieti induxit.

Ibid. C. lin. 7. 8. ὁδὲ ἡνία ἔδει) Verte, neque quum bellum ducere oporteret; prælium distulit.

Pag. 325. C. lin. 9. ἄλλως τε καὶ μητριακῶν) Sueton. Aug. cap. 16. Alii dicunt factumque eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamauerit: etiam inuito Neptuno victoriam sibi adepturum. Ac die Circensum proximo solenni pompæ simulacrum dei detraxit.

Pag. 327. C. lin. 8. ωδὴ τῆς οἴνοι) Expunge particulam δέ.

Ibid. D. lin. 9. ἡ τὰς αἰποδημίας) Omnino ita legendum: nec audiendus Interpres, qui oī rescribit. Sensus est: promptius & libentius Getas mortem, quam peregrinationem suscipere.

Pag. 330. D. lin. 7. 8. ὄργης, ἡ λύπης) Legendum ὑπ' ὄργης.

Pag. 331. B. lin. 2. πῶς οἴγε εὐφέρεθαι) Cor. εὐφέρεθαι. qui exportamini pe-
ne mortui.

Pag. 336. A. lin. 10. Ὅσιος Φθορεὺς) Baptismum ac Pœnitentiam, duo peccatorum piacula, notat impius apostata. De quibus vulgarem paganorum querelam vide apud Augustinum libro quinquaginta Homiliarum, homilia vicesima se-
ptima sub finem.

AD MISOPOGONEM.

Irisus ab Antiochenisbus Julianus, ac præcipue iactis in eius barbam dictariis; hoc se Satyrico libello vltus est; quo, figurata sui reprehensione, in Antiochenorum mores ac luxum mordacem stilum exacuit. Meminerunt huius operis & argumenti Marcellinus lib. 22. Zosimus lib. 3. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Julian. Socrates lib. 3. cap. 17.

Pag. 337. B. lin. 10. ἡ πάλαι πόλε ἐδόκει) Antea legebatur, ἡ πάλαι πόλε ἀνετίθετο τοῖς πλαγίσιν αἰδίνως. Nos ex veteribus membranis emendauiimus. Nam priora illa vix interpretari possis.

Pag. 338. A. lin. 6. ὅπερ ὁ Ἰσμηνίας) Cicero in Bruto cap. 50. id Antigenidam discipulo suo frigenti ad populum dixisse refert.

Ibid. D. lin. 4. 5. ὅπερ ἥδη τις ἐΦη) Theocritus Eidyll. 12.

Ibid. D. lin. 9. 10. καὶ μὴ τὰς ἀτείπλες υμῶν) Odyss. Φ.

Οὐδέ μιν ἐπίλαντε· πεὶν γὰρ οὐαίς χειρας ἀνέλιω
Ἄτειπλες, απαλάς.

Themistius Orat. II. pag. 253.

Pag. 339. B. lin. 5. 6. ωδὴ Σιαλάμψ) Ita ex Anglicano codice. Legebatur haec tenus πλόναμψ. Quæ vox si cui præferenda videtur, πλόναμψ pro pilis sume-